

Johann Sleker Christopherus Hesus

## **Exercitatio Philosophica De Affectionibus Entis**


Rostochii: Pedanus, 1612

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729131661>

Druck Freier  Zugang



F. Leker.  
R. U. phil. 1612.



57 6.  
D. T. O. M. A.  
Exercitatio Philosophica 116.  
**DE AFFECTIO-**  
**NIBUS ENTIS.**

*In Incllyta Academia Rostochiensi*

PUBLICICE PROPOSITA

à

**M. JOHANNES SLEKERO**

Ph. P. P

RESPONDENTE

**CHRISTOPHERO HESSO**

Geraw-Darmstadino Rhenano.

Habebitur disputatio in auditorio philosophico die 9. Decemb.



**ROSTOCHII**

Typis exscriptis Ioachimus Pedanus

ANNO M. DC. XII.

D. T. O. M. A.  
DE AFFEOTIO  
NIBUS ENITIS  
In hunc ordinem dispositum  
- - - - -

M. JOHANNES FLEKERO



CHRISTOPHERUS HESSE

ROSTOCKUM  
Typogr. Joannis Fletoris  
ANNO MDCXII

THESES I.



Rgo illud jam constitutum est, Affectiones (qua & vulgo propemodum nota) Enti revera competere: Enti inquam; non quovis modo sumpto; sed ut Metaphysica est Subjectum.

1. Inter primas enim affectionum conditiones esse diximus, ut sit Ens reale. Neq; diffitemur hoc, quod, quemadmodum Scaligero causas effectus, ita & nobis Subjectam affectionibus suis dignitate superari, nefas sit.

2. Atq; id esset tamen, si vel passio realis tribuatur Enti rationis: vel affectio una prodire dicatur ab illis, qua seipsis Unum quippiam neq; sunt, neq; esse possunt.

3. Non est tamen ut negem, Intellectum sicut in Ente rationis fabricando recte eleganterq; versatur; ita & pari modo proportionem quadam affectiones unius veri effigere posse; qua Enti rationis tanquam Subjecto, accommodata, (illi sic cognito) superaddant id, quod formali sua ratione conciliant Enti reali.

4. Ab hac sententia nobiscum stabit, cui Entis rationis perfectia est natura, quam alibi iusta tractatione prosecutus, hoc loco illud sufficiat, distinctionem, qua Enti reali & Rationis intercedit, affectionibus etiam lege eadem accommodari oportere.

5. Verum de Ente reali suscepta disquisitione, non minima sese offert difficultas, quam excitat classicum illud Parmenidis. Quicquid est præter Ens, est non ens & nihil.

6. Affectiones ergo vel sunt ipsum Ens, aut præter Ens. Si hoc sunt nihil adeoq; omnis affectionum perijt conditio. Si illud; ergo idem afficiet seipsum, idem Subjectum erit sibi ipse, idem demonstrabitur de seipso: ipsum erit non ipsum.

7. Et quidem cum suffragio nostro, affectiones ista vera & reales sicut, quis & essentia vera aliquid ipsis negabit? quis Entia  
 pronat-

pronunciare non ausit? Ubi tamen in affectionibus his processus sese  
in infinitum statim ostendit, cogitanti, num & hoc Ens v. g. unum  
sit, & hoc unum Ens sit? Et iterum hoc Ens unum. &c.

9. Porro, si Ens in generalitate illa sua passiones vere obinet,  
pradicabuntur haec de subjecto in secundo modo per se: Eritq; in Ente  
ratio principij & causa istarum passionum: Et sic ens maxima illa  
amplitude sua, includet rationem causa & principij: nec poterit  
esse commune & indifferens ad affectus principij & principiatij,  
causa & causati.

10. Presens qui causam hanc agere velit; imò, cui pulchrum  
videatur Aristotelis insillere vestigijs, in Unius (quod Enti intimius  
inest, & inter affectiones facile primum locum tenet) consideratio-  
ne periculum faciat, quid de toto hoc negotio sit constituendum.

11. Omnibus quippe philosophica statera perpensis, certus cu-  
pita rei fructus in harum conclusionum sese proferet assensu: Posito  
enim (quod mox probandum erit) Unum, verum, bonum, Entis af-  
fectiones esse: Illas ipsas 1. cum Ente statuimus converti (2.) Ens  
de illis in Quid predicari (3.) adeoq; esse reales. (4.) realiter cum  
Ente convenire (5.) ratione vero distingui (6.) & hac duo, esse rea-  
les & ratione distingui absq; ulla non pugna tantum, sed difficul-  
tate etiam consistere posse.

12. De conversione quod dictum, nos Favelliana (4.) Me-  
taphis. q. 4.) providentia amuli, ex Sorcinata 4. Metaph. q. 18. sic  
deducimus.

13. Conversionis ratio triplex est; nimirum in Re, conceptu,  
& denominatione. In re, cum duo eandem rem dicunt adequatè,  
ut homo & rationale. Adequatè inquam; ut intelligas, cur genus  
& species, quantumvis eandem rem designent, converti tamen  
non possint.

14. Secundum conceptum vero, in illis qua & re, & ratione  
conveniunt; cujusmodi ensis & gladius, omninoq; Synonyma, & quod  
Sorcinas addit, definitio cum definito.

15. Secundum predicationem autem, cum duo adaequan-

tur in

tur in suppositis, ita ut de quo predicatur unum, predicetur & alterum.

16. Tertium istud genus hujus loci proprium est; quo omne Ens unum & omne unum Ens esse dicimus: Omne Ens verum, & omne verum Ens &c. Imò & Omne Unum Verum, & omne verum unum.

17. Nimirum, ut Soncinas ait, Convertibilitas posita est in adaequatione convertibilium, per comparationem ad id, respectu cujus dicuntur convertibilia. Ergo quia Entis cum affectionibus, & affectionum inter se respectus idem essentia realis & suppositi, quidni & Ens cum illis, & illa inter se convertantur?

19. Nec desunt tamen quae suspectam reddant assertionis hujus fidem: ut, 1. quod unum & multa dividant ens; divisum autem nulli dividendum adaequetur. 2. Quod privationes & Entia rationis, cum sint intelligibilia, sint & vera. 3. Quod non esse & quae ad malum dicunt, non raro appetantur. &c.

19. Verum his, & quae alia esse possunt, solvendis, presidium jam aliquod in th 5. Ejusque complementum firmum, dabit ipsa, quam suo loco dabimus. Unius, veri, boni, ratio & natura. Et in statione hac, Soncinas & Javellus exhibent, quod rem ingredientibus sufficiat.

20. Horum & opera, qui velit, uti potest in conclusione secunda, quae Ens quidditative de passionibus illis dici asserimus & tanquam in primo modo dicendi per se. Quod facile patebit si de essentiali earum conceptu sollicitus, definitionem vel descriptionem aliquam mediteris: Et illud assumes, quod tertio loco constitutum est, affectiones videlicet esse reales, adeoque habere essentiam.

21. Tum enim parata quaestio est, Annon essentia hac ens sit? & quidem Ens non per additamentum (quae ratio definiendi accidentium propria est) sed in quod conceptus affectionis, secundum realitatem illam resolvitur.

22. Reales vero esse; praterquam quod ex communi affectionum ratione constare possit, quis dubitet Ens esse unum, verum &c. omni intellectus opere circumscripto?

A 3:

Accedi-



23. Accedimus ergo ad distinctionis modum: quem Realem non esse, sed Rationis tantum, profiteamur.

24. Horsum enim nos vocat Parmenidis illud th. 6 idq. ab Arist. 4. Met. c. 2. exemplo unius praclare assertum: nec non ex illis qua th. 8. proposita sunt, manifeste resulget.

25. Arist. ita argumentatur: Quaecumq. uni & eidem sunt realiter idem, inter se sunt eadem realiter. De Ente & Uno verum prius. E.

26. Quae sunt inseparabilia, quoad esse suum & non esse illa sunt eadem realiter. Sed ens homo & unus homo, ita sese habent: simul enim generantur & corrumpuntur. E.

27. Objicit Javellus, quod & propria passio realiter à subjecto distincta simul cum subjecto suo generetur & corrumpatur. Et Respondet, rationem Arist. accipiendam de simultate non temporis tantum, sed etiam naturae quod in alia rerum affectionibus secus est.

28. At vero dum Javellus 4. Met. q. 3. Verum quidem & Bonum ab ente saltem ratione distinguit, unum autem formaliter & ex natura rei: in hanc sententiam ductu non infimi, è collegio Romano philosophi paulisper inquirendum est, ita ut eadem opera Avicenna etiam, realiter unum ab ente distinguenti satisfiat.

29. Si enim Unum est aliquid reale, & pluquam ratione distinctum à re, quae est unas praescindatur hoc, quicquid sit, (v. g. a) ab illa rei: Et tum ego quaram, ecquid illo res (v. g. b) una sit, nec ne? Si manet unas habebit unitatem: de qua integra succedit questio, ecquid eadem haec unitas, cum illa priori? (nempe a) vel alia) v. g. d)

30. Priorem habere non potest, sine contradictionis implicatione: cum in hypothese praesciso ab eadem expresse insinuetur. Si alia (v. g. d) ego quaestionem iterabo donec respondendo & quarendo, usq. ambo defatigati simus: neq. tamen ad finem res ipsa pervenerit, cum quaesitum abeat in infinitum; à quo abhorret natura..

31. Si vero promanebit res unatum vel annihilabitur: vel in quandam abibit multitudinem. Non illud; quia nihil non potest ex natura rei distingui ab uno reali: Neq. hoc; quia multitudo includit divisionem, quae hic nulla esse potest: Quin & ipsa multitudo  
sive

*sine unitate non est; ut recte hoc loco Jav. Multitudo non continetur sub Ente, nisi etiam sub Uno. Et, quæcunq; sunt multa sunt aliquomodo unum.*

32. *Iterum a- superadditum illud, aut Ens est aut non ens? Si ens; qui fieri possit, ut subjectum predicetur in quid de affectione à se realiter distincta? Si non ens; erit nihil ex parte rei, & Ens per intellectum adeoq; ratione tantum distinctum ab ipso subjecto.*

33. *Neq; est ut dicas, eam esse transcendentium naturam, ut predicatio talis de re distincta fieri possit, si ve in Quo si ve in quodam Reddenda enim hujusce rei ratio est; quam nullam reperies prater hanc, nempe quod unum & ens sint idem realiter & formaliter.*

34. *Haud abs re fuerit, hoc modo questione proposita, rem persequi, Utrum unitas illa ens sit, aut non ens? Si ens, ergo & unum. Si unum; ergo per unitatem pluquam ratione à se distinctam: de qua eadem redibit questio, nunquid Ens sit, & Unum? etc.*

35. *Quod si dicas, Unum illud, esse unum seipso; perinde ut homo est albus albedine; albedo vero non per aliam albedinem, sed seipsa. Respondeo: albedo non dicitur alba; nec album, sicut unitas Ens, & ens dicitur unum: Imò hac ipsa unitas eò quia Ens, est subjectum suum.*

36. *Ratio quippe, qua Ens est unum, est secundum rem plane eadē cū illa, qua Ens est Ens. Nimirū ut essentia simpliciter sumpta, est ratio, cur Ens sit Ens: ita Essentia, sumpta cum novo conceptu rationis (qualis ille demum sit) est id, per quod Ens est unum.*

37. *Quod autem dicitur tale  $\alpha\epsilon\gamma\omega\upsilon\mu\omega\varsigma$ , non est seipso tale, nisi vel ab aliquo inhaerente, vel saltem per modum inhaerentis.*

38. *Tandem si unitas illa per quam unum est unum, solum ratione sit ab uno illo distincta (huc enim qui sobrius esse velit, descendat necesse est) quid obstat, quo minus & illa qua Ens est unum, tantis præsertim hortantibus argumentis, sola ratione habeatur ab Ente distincta?*

39. *Restat, ut cum hac distinctione rationis, realitatem ipsius affectionis rite consistere ostendam. Quo quidem nihil facilius erit, si cum*

si enim illi modo res sit, qui hoc tenent, quod Suarez inquit d. 3. aliud profus esse, constitui in genere Entium realium vel rationis, ab eo, quod est, ratione vel realiter distingui.

40. Quis enim ferat hoc modo argumentantem? Est ens reale, & distinguitur, Ergo realiter distinguitur: ut cum eo, à quo distinguitur, numerum faciat. Nihil minus consentaneum est, doctrina Aristotelica, qua ex simplicibus predicatis elicere jubemur composita (vide ea de re Averr. in quaestis) quam talis collectio. Neg. à veritate quicquam remotius, propositione hac: Omne ens reale, ab alio distinctum, realiter distinguitur.

41. Annon par consequentia ratio in his futura est? Hac essentia hypostatica (nempe  $\text{Doy} \text{G}$ ) est essentia, & est distincta (à patre) Ergo essentialiter est distincta.

42. Quod si ita argumentari placeat, Omne reale est Ens. Ergo quot sunt realia (v.g. Ens, unum; verum) tot erunt Entia. Similiter ego concludam: Omnis essentia hypostatica, est essentia. Ergo quot sunt in divinis essentia hypostatica, tot essentia.

43. Par utiq. ratio; & vitium utrobique, idem, ex propositione hac quod omne ens reale debeat realiter ab alio ente esse distinctum & cum eo facere numerum. Quod omnis essentia hypostatica debeat ab alia essentialiter esse distincta, & cum ea facere numerum: qua de re alibi.

44. Hic ad ea qua diximus (ib. 39) exempla apponemus ex magno numero pauca: Permanentie videlicet in rebus permanentibus, fluxus, successioni, mensurabilitatis & temporis, in motu: qua entia sine dubio realia sunt, sed ab ipsis rebus permanentibus & motu si quis ea distinguere realiter velit, & veritatem ipsam, & optimam philosophantium partem habiturus sit adversam.

45. Agens & patiens, actionem & passionem; proprietates predicamentorum, curvitatem rectitudinemq. linea &c. qui noverit & hac qua asserimus, vera esse noverit.

46. Pertinet huc, quod erudite Suarez d. 2. S. 1. a. 10. inquit, Intellectus humanus ea etiam, qua in re distincta non sunt dividens, in se.

in seipso conceptus partitur, secundum diversam precisionem vel abstractionem rei concepta: quomodo conceptus misericordiae & iustitiae divinae intellectione nostra sunt distincti, quamvis in Deo simpliciter uno, unum sint.

47. Nec est ut quisspiam existimet, distinctione ista rationis quippiam rebus affingi quod à natura illarum alienum sit: nec quippiam ratione distingui, nisi quod ipso hoc distinctionis opere fictitium habeatur, & inter Entia rationis collocetur.

48. Quia imò rectissime ab Heruao (ut alios in praesentia mittam) quod l. q. 3. ostensum est, omnem distinctionem rationis, quae considerationem philosophicam meretur, quaedam in rebus habere fundamentum. Ut enim se habet Ens rationis ad reale, ita distinctio rationis ad realem. Sed illud ortum habet à re, mediante intellectu nostro. E.

49. Idem ergo illud, quod venit nomine Entis, est etiam illud, quod dicitur Unum, verum &c. transcendentaliter. Neg. tamen Synonyma sunt inter se, vel nugatoriam efficiunt predicationem, cum dico Ens est unum; quia conceptum non efficiunt eundem; eo quod affectiones haec, Eni quippiam superaddunt, quo Ens à seipso distinctione hac rationis differre incipiat.

50. Conceptus ergo affectionum Entis compositus est; cum & ipsam Ens includat, & ei vel negationem, vel relationem, vel denominationem superaddat. Adeoq; de affectionibus instituta quaestione, distinguendum est id, quod toto suo nomine involvunt; ab eo, quod formaliter significant: v.g. indivisum, conveniens, conformes ab indivisione, convenientia, conformitate.

51. Si rogetes, num illud superadditum (v.g. indivisio) sit Ens vel Ens includat? Javellus 4. Met. q. 5. respondebit pro omnibus, negando: eo, quod saltem sit privatio. ad eoaq; indivisionem hanc, ne passionem quidem, Entis dici posse; cum passio sit, Ens ipsum ut stat lub indivisione: Id quod in affectionibus singulis singulariter & pluribus ostendendum est.

53. Constat hinc, cujusmodi illud sit, quod à Soncinate 4. Met.

B

q. 18.

q. 18. dictum est, conceptus videlicet affectionum compositos esse, ut nihil tamen ipsarum derogetur simplicitati. Eoq; ipso conversionis illa ratio de qua supra certior redditur.

53. Bene Suarez. Ens latam & impropriam nonnunquam induere significationem, denotando id, quod simpliciter de aliquo potest affirmari. Affirmatio enim fit per verbum essendi. Hinc, quicquid affirmatur de rebus, etsi nullam in illis ponat entitatem, esse tamen dicitur: ut apparet in negationibus, privationibus, denominationibus externis &c. Quod utile erit notare, dum quaeritur, ut quid & superaddita illa rationes sint Ens?

54. Ad illud vero quod th. 9. movetur, respondet Tromb. 4. Met. 9. 4. Ens varie considerari 1. In se, simpliciter; & sic neq; est causa, neq; causatum, sed ab utroq; abstrahit, & est utriq; commune.

2. In ordine ad suas passiones. Et sic causa principij, ratione induit.

55. Est etiam, quod ad illa ex ratione generis  $\epsilon\alpha\upsilon\sigma\epsilon\upsilon\pi\upsilon\sigma$  &  $\epsilon\theta\alpha\tau\eta\sigma$  cum vero ex distinctione illius in actum signatum & exercitum usurpatione apud Cajet. de anal. nom. c. 7. responderi posset: quae brevitatis causa omitto; cum ex supradictis haec ipsa difficultas (si qua est) dissolvi queat.

56. Ad numerum venio, & passionum Entis divisionem, quae vulgo nota est in Simplicibus vid. & copulatas:

57. Simplicium procul dubio prima habenda ratio. Quarum numerum, quae mentis agitatione, divisionis adminiculo deprehenderint, hic omitto; cum à nemine non, ex Thom. & Bellov. &c. proditum sit.

58. Id noto; quod & Aristoteles aliam hic viam ingressus sit; & haec Thomae ratio, ingeniosa quidem, & ad ordinem affectionum ostendendum praclara; numeram tamen affectionum non demonstrat; utpote cui rei, remota divisione, unica & sola serviat Inductio.

59. Quot enim sunt conceptus sub quibus Ens in unum versum considerari potest & diversimode apprehendi, (sic tamen ut apprehensionis aliquod in ipsa Entis natura, sit fundamentum, adeoq; de omnibus rebus dici potest:) tot etiam erunt affectiones Entis.

60. Quid ergo Vivi, quid Monlorio visum, de numero transcendentium; videat qui velit apud Arnif. de constit. Metaph. c. 12.

61. Alius hanc rem aggreditur, qui ita colligit. Unum prima Entis passio est, quae alias ex sese profert. Idq; vel ex eo, quod Ens ipsum in plura genera dividitur;

*dicur: vel ex eo, quod ipsi modi aut termini unitati diversi sint. Non primo modo; quia, quæ inde efflorescunt, v. g. similitudo, aequalitas; non convertuntur cum Ente. Ergo modo secundo.*

62. *Atqui vero cum Unitas hoc modo, quasi quædam copulatio sit diversorum; prout hi termini apprehensi varij sunt, vel ille modus apprehendendi variatur; ita ad numerum venire videbuntur Entis (intercedente uno) affectiones.*

63. *Quolibet ergo res, quomodocumq; sumpta, à se indivisa est, Ergo una. Et est copulata aliquomodo cum Intellectu, proprium exemplar illius rei cognoscen- te: Ergo vera. E copulata cum quolibet, cui quomodocumq; congruit, Ergo bona. Et cum quolibet quod potest participare eandem essentiam; Ergo Idem. Et cum quolibet, quod cognoscere ipsum potest, Ergo cognoscibile: Et cum eo, quod in illam, ut bonum suum fertur, Ergo appetibile. Et cum statu quodam suo, ex quo provenit ratio quicquid entis. Et cum suo existeret; quod exprimit rationem durantis: Cum sua mensura: Ergo est mensurabile, &c.*

62. *Ergone à recepta illa Philosophantium sententia faciamus discessum? ne tantillum quidem: cum neq; animus unquam talis fuerit; neq; ut sit, ista quæ diximus argumenta persuadeant. Cujusce rei qui velit, periculum hic faciat; nos in particulari affectionum Entis consideratione ipsi rem transigemus.*

## COROLLARIA

### De Cometis.

1. *De Cometis agenti, expedienda hæc sunt: Quid sit (2) quæ species, (3) locus, (4) quantitas, (5) materia, (6) motus, (7) duratio, (8) Tempus, (9) numerus, (10) Prognostica & portenta.*

2. *Beæ Arist: exhalationem ait ignitam; in qua (1) densitas major, quàm illa flamma (2) humor inflammationi aptus (3) viscositas & tenacitas ad co- nstipationem.*

3. *Differentiæ essentielles nullæ; accidentales plurimæ & diversæ, ex coma, fi- gura, loco, motu, &c.*

4. *Ex coma, crinitus, barbatus, caudatus cometa vulgo notus est.*

5. *Figuræ rotundæ (quod Seneca ait) omnem comeram esse, negat experientia; & Alb. c. 10. ex qualitate exhalationis ac situ comæ variante, figuras quinque numerat.*

6. *Coloris, five cum Apollonio apud Senecam differentias quatuor; five cum Algazella apud Alb. tres numerare velis, ego me non interpono.*

7. *Verus cometa nullus intra orbis cælestes existere potis est. Eò enim ten- denti, primum obsteret, soliditas calorum: 2. Ipsa exhalat in itinere deficeret.*

g. 5ij

8. Si quicquid exhalationum ex terrestri hoc globo confici per naturam poterit, in medium conferatur: imò si terra omnis & aqua plane resolverentur, uniusmodi comete ad stellarum primæ magnitudinis accedenti quantitate, materie satis non fuerit.

9. In regione Ignea, consistere posse non negaverim. Confinium ignis & æris, locum procul dubio præbet aptissimum.

10. Locus Mathematicus comete, alius verus, alius apparens: & hi inter se nonnunquam oppositi, ut qui verè sit australis, apparere queat Borealis: & id quidem magis minusve, prout cometa vel humilior fuerit vel sublimior.

11. Intra tropicos tantum generari cometas, Aristoteles docet; quem in eo præcise sequendum non existimo.

12. Magnitudo illis starea non est: Minorem Lunam non esse, Cardano haud crediderim: Nec Mizaldo cui placet quantitas iastar montis, duorum miliarium. Quomodo hæc investiganda sit quantitas, physicus in sua scientia non habet admicula; Ergo mathematicus viderit.


13. Materiam dedimus supra th. 2. de qua, si dubitare quispiam velit ob durationem inflammationis diuturniorem, cui materia hæc sufficere non videatur; is consideret vicositatem ejus, & quod non omne ejus humidum simul inflammetur; quod illi continuo aliquid de novo subministretur: quodq; moveatur, & in loco consistat non frigidum.

13. Motus est ab ortu in occasum: 2. ab occasu in ortum: 3. in aliquibus à meridie in sept: 4. in aliquib. à septentrione in austrum: 5. sursum. An vero & deorsum? vix credo.

15. Non sine causa est, quod ut plurimum appareant post eclipses, & peculiares planetarum concursus: quod magis autumno & vere.

16. De numero quæris? Scaliger ex. 79. duo ref. r. eodem tempore visos. Est tamen quo inductus quispiam suspicatur, fuisse tantum unum.

17. Naturaliter portendunt, quedam per se, quedam per accidens. Illa sunt, venti & siccitates: hæc quæ ad illa consequuntur, frugum videlicet inopia, fames, pestis: desiccatio corporis, augmentum bilis, fervor animum, seditiones, bella, regnorum everfiones, interitus principum virorum: quæ prædici, eleganter patiar, obliides tamen & sponfores quod certè eventura sint, non dabo.









lud contineri quod voce unius exprimitur, & affertur, superiori disp. th. 49. & seq. constitutum esse, nempe unum non esse Indivisionem sed Ens significatum videlicet adequato. Indivisionem vero Entis rationem, Enti superadditum, rationem unius.


38. In Unitatis autem notione cum duplici conceptus, 1. Entitatis indivise, 2. privationis Enti juri possit, Nunquid unum primò dicat Ens, vel in primum illum conceptum secundo anteposimus. quod superiori disp. th. 36. jam ante constitutum.

39. Quibus recta ratione comparatis facit inquit Arist: Unum non esse prater Ens: unum esse naturam, propterea quod se invicem sequantur una ratione significantur: 4. Met. t. 3. & quod in aut simpliciter, aut prout est unum, indivisibile est. Ego enim qua unus sum, individuus sum, neque scilicet quemadmodum homo universale, ut in aliis hominibus. Qua vero sum quantus, dividuus sum. &c.

40. Neque obscurum esse potest, quam plane rationes simpliciter 2. c. 3. q. 11. eò quod unum non vel indiviso: sed Ens indivisum. Et (verba absurda non sit, tribuere Deo nomina privationis vel imperfectionem significant, cum id, cujus absentiam imperfectionem importet.

41. Imò vero, si extra ens consideretur unum non designati: ita omnem quam habet, ab Ente etiam respectu magis & minus accipit: Et omnino ipso, quatenus ens, vel tale Ens, simplicitatis vel imperfectionis vel imperfectionis est, id omne unitati rationem cum Ente, commune est.

42. Ex eodem hoc fundamento nascitur, quod respondendum est: In quibus ut plerumque recte dicimus concluditur, veritati sententiae proposita nequaquam



the scale towards document

077

Image Engineering - Scan Reference Chart - TE383 - Serial No. 077  
Patch Reference numbers on UTT